

OCTO QVÆSTIONES. QVÆST. I.

248 49

vit sibi esse concessum: quia plenitudo non excedo fines ipsius, vigere debet in Papa: tum quia
debet velle prodesse non præesse secundum Augustinum, 19. de civitate Dei, & habetur s. q. i. qui episcopatum:
Et tali potestate dicitur esse contentus, ut secundum maiorem in iuris fidelibus non usurpet, licet
capax sit maioris: etiam si in ipsum alii ampliorem voluerint sponte transferre, præsertim si maiorem
3 per eorum abdicauerit. Iste igitur respondentes ad allegationem præscriptam dicunt, quod licet verba
Christi, quodcumque, ligauerit, aliter proferantur, non tamen debent generaliter, sicut quidam volunt,
ab omni penitus exceptione intelligi, cum ipsi metu dicant quod aliquas exceptiones debent habere. Il-
la n. quæ sunt contra legem diuinam & euangelicam, & contra legem naturæ excipiuntur, vt illa
Papa non possit, vnde concedunt quod prædicta sint excipienda à potestate Papæ. Sic etiā, quam-
uis Christus, quando protulit ista verba, vocaliter nihil excepterit, tamen omnia ista sunt excipien-
da, quæ Christus verbo & exemplo excipienda docuit: & Apostoli scripturis canonis, quorum
verba, ut verba Christi recipienda sunt: quia à Spiritu sancto inspirati locuti sunt, & per eos debere
recipi meruerunt: Christus autem & Apostoli esse excipienda prædicta omnia innuebant: potesta-
tem enim non necessariam regimini fidelium esse excipiendam insinuat Christus, cum dominica-
15 tium modum regendi à potestatibus seculi obseruandum, Apostolis interdixit, & ad humi itatem
induxit, sicut ex Matth. 20. & Marc. 10. & Luca 22. colligitur. Quod etiam Petrus secutus Christū fe-
cit cum dixit: non dominantes in clerum. Si episcopus aliquis præceperit alicui cui non tenetur: omni du-
rationis munere careret. Qui enim de re aliqua vel persona facit quid vult, se aliquo modo esse Do-
minus ipsius ostendit. Potestates etiam iura & libertates aliquorum sine culpa & absq; causa esse ex-
cipienda à potestate Petri insinuavit Christus verbo pariter & exemplo: verbo quidem, cum dicit,
vt habetur Matth. 22. reddite quæ sunt Cesari Cesari: quæ verba non tantum de illis, quæ debentur
Cæsari, debent intelligi, sed de omnibus, quibuscumq; debentur: quod Apostolus, sequens doctrinam
Christi ad Romanos, 13. manifestat, cum loquens de potestatibus infidelium, dicit: reddite omnibus
debita, cu[m] tributū tributum, cu[m] vectigal vectigal, cu[m] timore timore, cu[m] honore honor. Si autē debita sunt red-
25 denda, & iura & libertates sine culpa, & absq; causa tolli nō debent: quod etiā ostendit Christus ex-
emplo, cu[m] tributū soluit, ad q[ui] minime tenebatur, vt patet Matth. 17. c. quo facto dedit exemplū Petro, &
aliis volentibus sequi perfectionē viae ipsius, vt ad scandalū euitandū cedant iuri suo: quare multo
magis monstrauit exemplo, ne Petrus tolleret iura aliorū & libertates ipsius in iuris: quia hoc absq; scā-
dalo (quod Petru oportuit vitare) minime fieri potuisse. Quis n. non scandalizatur, cui in iure suæ
libertates & iura tollitur? Ex prædictis & aliis quasi innumebris, quæ quidam ad id adducunt, conclu-
ditur quod Christus voluit prædicta esse excipienda à potestate, quæ sub generalibus verbis indulgit
Petro. Ex quo inferatur q[uod] nec Petrus nec alius successor eius habuit à Christo, præsertim in temporalibus
bus illam plenitudinem potestatis, quæ exposita est supra secundo capite cum verbis insinuauerit atq; fa-
ctis, q[uod] vicarius eius talē plenitudinem potestatis nō debuit exercere virtute alicuius potestatis ab ipso
35 sibi concessa, extra casum necessitatis: cum n. ipse dixerit Petro & omnibus aliis Apostolis, vt legitur,
Matth. 17. Non est discipulus super magistrum, neq[ue] seruus super Dominum suum, & Ioh. 13. Non est seruus ma-
ior eo, qui misit eum, & ipso facto talē potestatē recusauerit exercere: quia legitur Ioh. 6. Cum cognouisset
quia venire erant, vt raperent eum, & sacerdotes eum regem fugit in montem, qui etiā cuidā petenti vt iudi-
ciū in temporalibus faceret inter se & fratribus suis, respondit p[ro]ut legitur Luc. 12. homo qui me constituit
40 iudicē aut Dominū super vos? quasi dicat, nullus: testante Glossa ibid. non dignabatur iudicē, iudicium nō ar-
bitrari faciliatur: manifeste vt appareat cōuincitur, q[uod] vicarius eius talē potestatē in temporalibus nō potest
regulariter exercere: casualiter possit, secundū q[uod] In docet, 3. insinuare videtur, vt habetur extr. qui filii
sunt legitimī. Per venerabilem.

C A P. VIII.

Dat duas replicas contra responsonem datam supra tap. præcedenti quæ etiam soluuntur.

45 Inter præscripta sunt duo, quæ præcipue posse impugnari videntur: quod primū est, quod talis
plenitudo potestatis esset periculosa subiectis, quod non videtur verum, quia obedientia perfecta
etiam cum voto, non est periculosa: sed ad obedientiam perfectam spectat, quod p[ro]sternit habeat
talem plenitudinem potestatis: ergo talis plenitudo potestatis in Papa non est periculosa fidelibus.
Secundū est, quod Papa potest talē potestatē in temporalibus casualiter exercere: Hoc n. superioribus
obuiare videntur, nam si vt allegatum est, Non est discipulus &c. & nec Christus in temporalibus etiā casuali-
ter exercuit huiusmodi potestatē; sequitur q[uod] Papa nō debet potestatē huiusmodi casualiter exercere.
Ad primum illorum respondet, quod sicut quædam sunt saluberrima bonis, quæ tamē sunt mortiferis
ra malis: sic quædam sunt perfectis expedientia, & periculo euitando carentia, quæ tamen imperfectis
etis noscuntur periculosa: periculis, quæ ab imperfectis sunt euitanda implicita. Martyrium n. non
habet an nexum periculū, quod fugiendo non debet ipsum perfectus sumere & subscipere; & tamen
periculo coniunctio martyrio, nō debet se exponere imperfectus: teste Beda, qui super illud Matt. 26.
Discipuli relitti eo omnes fugerunt, ait; discipuli qui articulum comprehensionis fugiendo præuenierunt, cautelam
fugiendi docent eos, qui se ad supplicia minus senserint idoneos: quando tutius est latere, quam se discrimini expo-
nere: sic est de tali plenitudine potestatis, quia esto quod talis plenitudo potestatis in supremo ponti-
fice non esset periculosa perfectis & voluntate obedientiæ perfectissimæ subdentibus, esset tamen
periculosa multis imperfectis: quibus etiā ad obedientiam perfectissimam obligari discriminosum esse
videtur. Cum ergo in congregacione fidelium multi imperfecti existant, non expedit vt Papa, respectu
omnium, talem habeat plenitudinem potestatis: quare talis potestas est periculosa, saltem imper-
fectis, quos etiam certum est ad obedientiam perfectissimam non magis teneri, quam ad perfecta
onera & pericula, quæ Papa de iure (si huiusmodi haberet plenitudinem potestatis) maliciose vel
indiscretè posset iniungere, obligare.

Ad